

Johann Nicolaus Quistorp

**Programma Quo Abs Rectore Academiae Rostochiensis Johanne Nicolao Qvistorpio. Th. D. P. P. Ad Div. Nicol. Past. ... Ad Iusta Seu Funebrem Curam Qvam Viri ... Johan. Christophori Kiliani, Senatoris Huius Urbis Præstantissimi Piis Manibus Vidua Mostissima Adornatam Cupit. Cives Omnium Ordinum ... Invitantur : [PP. Sub Sigillo Rectoratus die X. Dec. A. I. R. MDCCIII.]**

Rostochii: Wepplingius, [1703]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn76643737X>

Druck Freier  Zugang




**Qvistorp, J. N.**  
**in J. C. Kilian.**  
**Rost. (1703.)**

14.







PROGRAMMA

QVO

ABS RECTORE

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS

JOHANNE NICOLAO  
QVISTORPIO,

TH. D. P. P. AD DIV. NICOL. PASTORE, & MI-  
NISTERII ROSTOCH: SUPERINTENDENTE.

AD

JUSTA SEU FUNEBREM CURAM

QVAM

VIRI NOBILISSIMI, PRUDENTISSIMI  
& DOCTISSIMI DOMINI,

JOHAN. CHRI-  
STOPHORI KILIANI.


SENATORIS HUIUS URBIS PRÆSTANTISSIMI

PIIS MANIBUS

VIDUA MOESTISSIMA ADORNATAM  
CUPIT.



*Civis Omnium Ordinum officiosi, & amici  
Invitantur.*



ROSTOCHII, Typis JOH. WEPPLINGII, SER. PRINC.  
& ACAD. Typogr.

**U**stâ justè appellantur Exeqviæ & Parentalia piè defunctorum. Quippe quod nulla de hominibus gens sit, neque tam efferata, neque tam inhumana, quæ non æquum & justum censeat, aliquem vitâ piè functis honorem facere; exceptis solum paucis Barbaris, quorum, quod beluino ritu inter se degunt non magna est habenda ratio. Sani, ores gentiles benè noverant corpora defunctorum honestè tractanda esse. Apud Athenienses sepulchrorum tanta fuit cura, ut etiam peremptos bello, si quis Dux honestare sepulchro neglexisset, capite plecteretur; unde de *Nicia* Atheniensium Duce commemoratur, quod omnem Exercitum subsistere iusserit, ut duos tantum peremptos milites sepulturâ traderet. *Cimon* Miltiadis filius se captivum sistere non dubitavit, ut Pater sepulturâ traderetur. Ab horum moribus longissimè autem abierunt *Barbari*, de quibus *Cælius* lib. 9. c. 43. Et quidem *Albani* nefas putabant curam mortuorum agere, *Lothophagi* defunctos suos in mare abiciebant, alleverantes, parum interesse, humone, an aquâ, aut igne absumerentur. *Sabæi* corpora defunctorum, eodem, quo stercus, modo, ducebant. Quin etiam Reges rejiciebant inter sterquilina. *Schyæ* mortuos suos inter epulas honoris causa vorabant, ac capitibus auro incinctis pro poculo utebantur, quæ ultima erant pietatis officia. *Hircani* non alium ad usum canes nutriebant, quàm ut eis functos vita vorandos objicerent. Div. *Hieronymi* adscribere placet testimonium, contra *JOVINIAN.* C. 36. *Messagetæ* inquit & *Derbices* miserrimos putant, qui ægrotatione moriuntur; & parentes, cognatos, propinquos, cum ad senectutem venerint jugulatos devorant; rectius esse dicentes, ut à se potius quàm à vermibus comedantur. *Tibaareni* quos dilexerant senes, suspendunt in patibulis. *Hircani* volucris & canibus semivivos projiciunt. *Caspîi* bestiis mortuos projiciunt. *Scythæ* eos qui à defunctis amati sunt vivos infodiunt cum ossibus mortuorum. *Babriani* canibus ad hoc ipsum nutritis objiciunt senes. Quod cum *Alexandri* præfectus *Nicanor* emendare voluisset; penè amisit provinciam. Profani illi ac gentiles corpora defunctorum tractandi ritus ostendunt, vere ab Apostolo de gentilibus dictum esse, 1. *Thess.* 4. v. 13. quod spem non habuerint, resurrectionis sc. corporum ad vitam æternam. Sed in Ecclesia Christiana corpora defunctorum, præsertim piorum, merito honorificentius justè tractantur: Sunt enim membra Christi pretioso ejus sanguine

gvine redempta, ac tēpla & habitacula Sp. S. **DEUS** non animam tantum, verum etiam corpus hominis creavit. *Filius DEI* non animam tantum, verum etiam corpus humanum assumpsit ac redemit. *Spiritus S.* non animam tantum; sed & corpus lavacro regenerationis & renovationis abluit. *Nec anima tantum; sed & corpora nostra percipiunt Eucharistiam, quæ constat duabus rebus terrena & Cælesti, corpore sc. & sanguine Christi:* Ut loquitur *Iren.* lib. IV. adv. hæreses c. 34. Sunt & fuerunt salutaria organa, per quæ piorum animæ bona opera fecerunt, in hâc vitâ armajustitiæ, per quæ & in quibus **DEUS** fuit glorificatus. Hinc *Origenes* Lib. III. contra *Celsum:* *Humana cadavera animæ domicilia haud quaquam sunt rejicienda. Rationalem animam honorare didicimus, & bujus organa sepulchro honorifice demandare.* Sunt corpora, quæ ad vitam æternam resuscitabuntur, ac corpori Christi glorioso conformia reddentur. Hinc in **DEI** populo est sepeliendi mortuos semper reverenter est habitus: Id quod adeo est planum, ut probari non sit necesse. Quin sepultura carere, signum esse vindictæ divinæ *Exemplo Jesabelis* sit testatum, excepto, quando fidelibus, ob Christianæ fidei professionem, denegatur honesta sepultura. Nec enim dicente *Augustino* de curâ gerendâ pro mortuis. *Aliquid nocet fidelibus, negata eorum corporibus sepultura.* Quanti officium sepulturæ coram **DEO** fuerit, & ex eo colligitur, quod *Spiritus S.* illud vocat misericordiam 2. *Sam.* 2. v. 5. *Christus* ipse factum mulieris ad sepeliendum corpus ipsius ungentis, vocat opus bonum *Matth.* 26. v. 11. 12. Et rite *Augustinus* C. L. c. 3. à minori ad majus argumentatur: scribens: *Si parentum vestes sollicitè reponimus; multo magis ipsorum corpora honorificè sepeliamus* &c. Est autem sepultura dicente *Thoma:* *Inventa, ne horror & fœtor sit vivis, & ad fidem resurrectionis futura.* Cujus equidem die hodierno, exemplum haud vulgare proponitur in justis Viri Amplissimi Eruditissimi & Prudentissimi **Dn. JOHANNIS CHRISTOPHORI KILIANI, SENATORIS** hujus Reipubl. Optimè Meriti, Amici nostri quondam æstumatissimi. Prodiit autem ille in Vitam Anno 1647, d. 23. Augusti in *Thuringia*, Landgraviatus dignitate coruscante, fertili virorum Ingeniosorum, literatorum, & Musicam amantium. Patriam specialem laudavit *Reddingstedium*, Vicum Baronum de **WERTERN** in comitatu *Berchlingensi* & *Fronдорfiensi*, non procul ab oppido *Colleda* situm, & a Celeberrima urbe *Erffurto* quatuor milliaribus distantem. Patre Viro Reverendo quondam & Venerando **MARTINO KILIANI** Pastore, & illius Diœcesis Seniore.

X 3

Matre



Matre femina lectissima, & virtutibus ornatissima BARBARA RE-  
HAUSEN, Civis & Mercatoris dicti jam Oppidi *Colledæ* filiâ probè  
educata. Qui eadem Parentes nihil reliqui fecerunt eorum, quæ  
ad Filium tum pietatis, tum morum disciplina, à teneris imbuendum,  
facere videbantur. Lubricum E. primæ vitæ spatium consumpsit in iis  
artibus, in quibus ætas puerilis imbuere ad humanitatem solet, idque in  
ludo literario Patriæ suæ: Adolefcens factus Anno 1662. ad scholas tri-  
viales & illustria Gymnasia ex consilio Parentum, & Patronorum con-  
cessit, cumque in Schola *Sangershusana* Thuringæ, Rectore Clariss.  
JOH. OLEARIO, & Anno 1667. in Lyceo *Quedlenburgensi* illustri Sa-  
xonix inferioris, Rectore Præcellente M. SAMUELE SMIDIO, &  
denique Ao. 69. in *Soltiquellensi* Brandenburgensium Gymnasio ce-  
lebri Rectore JOHANNE BLUMENTHALIO ea jecisset feliciter  
studiorum suorum fundamenta, & Academiis esset maturus; consti-  
tuerat quidem circa Annum 1670. in Celeberrimâ Hofatorum *Kilo-  
niensi* Academia studia sua magis magisque excolere & exornare in-  
defesso studio, præsertim cum Frater ejus tertio genitus Vir Reveren-  
dus admodum atque Clarissimus GODOFREDUS KILIANI t. t. Pa-  
stor Regiæ Civitatis *Gluckstadtensis* ac Consistorii *Munsterdorffensis*  
Assessor gravissimus, Vir singulari eruditione & acumine, ac scripto  
*Possilla sacramentali* dicto clarus, suis illum sumptibus alere in laudata A-  
cademia promississet; quum vero Optimus ejus frater improvisa mor-  
te succumberet, expertus est dictum Jehovahæ apud *Jeschaïam* c. 55. ve-  
rissimum esse: *Non cogitationes meæ sunt ut cogitationes vestræ, neque  
ut viæ vestræ, viæ meæ. Sed ut alti sunt cæli super terram: ita altæ sunt  
viæ meæ supra vias vestras, & cogitationes meæ supra cogitationes ve-  
stras.* Probe & sciens rem domi angustam conatibus suis novercari,  
mutato Consilio apud *Soltiquellenses* biennium adhuc morari, filiosque  
Nobilissimi & Prudentissimi Consulis ibidem BALTHASARIS BRE-  
WIZII, artibus imbuere liberalibus, præcipuè Musicam tam instrumen-  
tali, quam vocali Chororumque simul Symphonicum dirigere, usque  
dum via ad Academiis magis pateret. Obstaculis omnibus tandem  
per D. G. remotis, animum ad altiora attollere, & desiderio ductus  
nuces illas relinqvendi triviales quas vocant, ad nostrum Rotetum se  
contulit Anno 1672. ac Mens. julio Rectore Viro t. t. Magnifico Ma-  
xime Reverendo atque Excellentissimo Dno. AUGUSTO VARENIO  
Theologo undiquaque Celeberrimo, & Ducalis Consist. Assessore  
gravissimo; item Doctore & Præceptore quondam nostro non sat lau-  
dando, in numerum Civium Academiae nostræ rite adoptatus est. Mox  
assidua

affiduâ industria jurisprudentiam coluit, quam in privatis ipsi Colle-  
 giis præcipuè Excellentissimi Doctores jam & Beati D. CASPAR HA-  
 BERMAN, & noster quondam Intimus Amicus D. JACOBUS LEM-  
 KENIUS Juris hic Antecessores t. t. Celeberrimi fideliter inculcabant;  
 Aliis quoque studiis cum Mathematicis, & Architectonicæ militaris,  
 præeuntibus Viro maximè Venerando & Excellentissimo HERMAN-  
 NO BECKERO Past. Jacob. & Mathemat. Professore acutissimo,  
 nostro & quondam in Christo Patre nunquam non obliviscendo; & M.  
 HENRICO RIDEMANNO, Consanguineo nostro jucundissimo, tum  
 physicis curiosis experimentalibus ductu Excellentissimi & verè Curio-  
 si HIERONYMI LOCHNERI, tunc Pæf. hic Profess. solertissimi,  
 postea apud Wisuarienses, deniq; Bremensis Pastoris Cathedralis & Su-  
 perintendentis gravissim, *vũ es a'p'ois*, operam dedit haud vulgarem.  
 Ac fabricationi Organorum pneumaticorum, & hydraulicorum hor-  
 ris tempestivis vacare, non erubuit, nec pigritus est. Quibus sibi  
 affectum singularem, & favorem haud vulgarem apud omnes studia  
 curiosa amantes meritus est. Favoribus his post Dei gratiam nixus  
 Anno 1682. Civibus se urbicis annumerari curavit, & mox vergente ad  
 maturitatem ætate de Canthorali aliquâ cœpit cogitare, & vinculis  
 sese innectere jugalibus in DEO constituit. Maritam E. & individuam  
 thori sociam invenit, & sibi elegit optimam ELISABETAM Danc-  
 werts / B. JOHANNIS Dancwerts / Civis hic & Mercatoris præ-  
 cipui, nec non Provisoris Georgitani, & ILSABE Dossen / filiam fe-  
 licissimam, JOACHIMI Penzins / eadem primarii Civis ac Mercatoris,  
 simulq; Provisoris ædis nostræ Nicolaitanæ industrii, ac sinceri, Amici  
 quondam & benefactoris nostri non obliviscendi p. m. Viduam Matro-  
 nam omni virtutum genere sexum muliebre ornantium, tum  
 corporis & fortunæ dotibus præstantem, tum rei gerendæ familiaris  
 peritia nulli secundam. Cujus industria & sedulitate omnibus cu-  
 ris Oeconomicis plane liber, partim mathematicis studiis & artibus,  
 partim Reipublicæ negotiis vacavit. Cum quo annos plus minus XXII.  
 in svavi & longè optatissimo conjugio vixit. Ex qua quamvis nul-  
 los suscepit liberos, tamen non tantum concors & placidum exper-  
 tus est conjugium; sed & ex priori matrimonio procreatos privignos  
 JOHANNEM & JOACHIMUM *Fratres* PENZINOS jam Cives hu-  
 jus Reipublicæ primarios. Privignas item ELISABETHAM, ILSABE  
 MARGARETAM, & ANNAM SOPHIAM, quarum prima Viro probò  
 ac Negoriatori optimo & Ecclesiæ Nicolaitanæ Præfecto HANS Dett-  
 lossen / Secunda Elegantissimo Musico HENRICO Roggen / *Organista*  
 quondam Mariano Celebri in Matrimoniu collocata fuit, jam autem cum

ritis piè defunctis inter Galites viventes. Et Tertia, quæ nupsit Viro  
Præstantissimo ac Optimo WALTER STEINEN, Mercatori hodie  
felicissimo, & Ædis Nicolaitanæ Præfecto bene constituto ( qui ambo  
per D. G. sunt superstites, ac ut DEUS T. O. M. eos diu sospites  
servare velit animitus precamur) Eorum earumq; liberos tanto amore  
& favore profecutus est, ut illum nunquam vitricum, sed blandum sem-  
per & benignum Parentem, Avumq; habuerint. Neq; latere nostri  
Beati virtus ultra potuit, quin primis à nuptiis annis. vix elapsis varia  
ipsi officia, quibus præcipui Cives fulgere solent, fuerint deman-  
data, & quidem Anno 1684. Cassæ Veteris præfectura. Anno 1686.  
in numerum sedecim virorum ritè ascitus est. Quod collegium uti  
ex viris antiquæ fidei spectatæ virtutis, probatæq; dexteritatis, verum  
etiam ad Politicæ commoda, & incrementa spectantia apprimè gna-  
ris constat, ita post Nobilissimum & Amplissimum Senatû, (cui Deus  
omnia porro fausta & felicia concedat) in curando pro muneris  
ratione bono publico secundas tenet; nec exiguæ inter Cives authori-  
tatis & existimationis est. In quâ Civili dignitate scrutinio diligenti  
tam veterum olim gestorû quam obvenientium multiplici usu ium-  
mam sibi acquisivit de statu nostræ Reipubl. scientiam pro promoven-  
da salute Civitatis nostræ, quam maxime necessariam. Anno 1688. Præ-  
fectura ædis nostræ Nicolaitanæ, & Anno 91. Præfectura Prochodochii ad  
ædem Spiritus S. & Amplissimi Senatû & Civium consensu in de-  
functum collata est. Utramq; præfecturam, non sat deprædicanda fi-  
delitate, ac sollicitudine curavit, utrumq; enim templum, cui præfuit,  
renovari, ipsorumq; latera laquearia & columnas novo & quidem  
candido obduci colore curavit, ut prosteret, quod pectore sit candidus.  
Insuper jam deposita præfectura ædis Nicol. omni tamen eò alla-  
boravit cura, ut fundamentum novorum Organorum Pneumaticorum  
in templo N. Nicolaitano agatur, quod opus & perfici curasset, nisi  
fato functus esset. Ut autem cœpto Probi curatores ædis dictæ  
coronidem imponant toti fovemus! Cum autem *μακαρίτης* hic noster  
in omnibus, quæ bonum virum & bonum Civem decent obeundis,  
industriam, probitatem, ingenii acumen, fidem & prudentiam suam  
probasset, eoqve nomine unicuiqve charissimus, & commendatissimus  
esset, cooptatus est Anno 1694. die 24. Febr. in Amplissimum hujus Rei-  
publicæ Senatorium ordinem, in quo ita se gessit, & exhibuit, ut nec  
Fautoribus admonendi, nec Obtrektoribus reprehendendi locum  
relinqueret. Quemadmodum enim Fax in sublimi posita simul & se-  
mel multis caligine in errorem abreptis, aut lapsum pronis succurrit,  
sic ipse Civibus virtutum exemplo, præluxit, ut quod justum &  
æquum

æquum esset, nullo negotio cernerent. Nec enim eam in jurè dis-  
cendo severitatem adhibuit, quæ variaretur gratia; sed quæ conser-  
varet æquitatem, quæque cum tanta humanitate esset conjuncta, ut  
non majorem metum injiceret improbis, quam amorem bonis. Dispo-  
sitionem corporis imbecilliorum cum sæpius, tum vero per annum  
præteritum & currentem expertus est. Invaserunt enim Eum  
complures concurrentes morborum affectus. Adversus hosce hostes Ex-  
perientissimorum Medicorum ope naturam obfirmare satagit; sed  
vim morbi pharmacia violentiorem esse, conquestus aliquoties est.  
Die 23. Novembris circa horam vespertinam VI. Passiones Colicæ  
vehementibus & gravissimis concomitatæ symptomatis piè nostrum  
defunctum, tanta vehementia adortæ sunt, ut spretis omnibus abs  
Excellentissimis Experientissimisque Medicis DN. D. BARNSTORF-  
FIO, & DN. DETHARDINGIO, Professoribus hujus Almæ celeberrimis,  
Fautoribus atque Dominis Collegis colendissimis, fideliter & ex  
artis præceptis ordinatis remediis debilitatum viribus corpus supera-  
rent, & currentis Mensis Decembris circa horam IV. Vespertinam die-  
è statione sua abriperent, eoque hoc teterrimo corporis ergastulo  
in opatissimam Cœlestis Paradisi Patriam transferrent. Verum hanc  
historiam pluribus exhibet Excellentiss. & Experientiss. jam laudatus  
D. DETHARDINGIUS, atque ita refert: *Desideratur à me Historia  
Morbi, quo pronuper defunctus est Senator hujus inclite urbis Pru-  
dentissimus. DN. KILIANUS, sed quam contexere curatius illi potuissent  
quædam curam corporis concedere solitus erat: Commodius Quorum  
animum calamumve Memoria Viri desideratissimi non simul tiubantes  
reddis. Brevibus ergo! Dudum & ab annis Corpus ejus excruciatum  
fuisse molestiis, chylicationem pariter ac respirationem ad quasvis vel  
levissimas motuationes & flexuras corporis turbantibus, constat inter  
omnes; sed quæ remedium propinatorum & externe admotorum farragine  
 tandem oppugnata cedere visa sunt, nisi quod ceu sobolium exclusissent,  
summam corporis lassitudinem, nullis dubiis mensis arcendam. Familiaris  
us arramen cum hac ipsi ex longinquitate temporum conspexerat; Quan-  
do Dominica XXV. Trinitatis, i. e. sexta ante obitum die creberrimi &  
largissimi quorumvis assumptorum Vomitus, novum malum portendere  
visi sunt, ut meum voluerit auxilium, idemque jucunde ex unico remedio,  
vminerali Regni incolæ, obtinuerit. Melius quippe inde illum habuisse ex  
placato ventriculo & deambulationibus facile erat colligere, imo Mens  
redibat ad jocos, quos perquam consinne sale condire noverat. Nec mi-  
nus Luna & Martis diebus, Mercurii, quando repagula intestino-  
rum eisoprotico reserata fuere, commode pro robore Corporis vivebat, in*

200

uno alterove medicamine firmiter salutis praesidium, in iusculis novum  
 robur & falcimentum quaerens. Quia tamen circa vesperam diei ultimo  
 nominata langorem persentiscibat antiquo majorem, in solacium & praesentias  
 iuvamen accersiri voluit Doctorem BARNSTORFFIUM,  
 Poliarum & Professore de Urbe & Alma, Collegam Fautorem Amicum  
 de me optime meritum. Junctis ita manibus junctis consilio, re-  
 stauratio Virium collapsarum, quas modicus Vini haustus, Lac alias se-  
 num, addere noluerat, fuit in medicamentis analepticis quaesita, aequae  
 tamen incassum. ita enim ac si morbus subsidjs pariter fuisset constabili-  
 ritus, vires cum horis observare licuit labentes, & quia ruinas tales nulla  
 nostra Virtus fulcire poterat, syncope è medio illum suavit, quem curia,  
 Templum, Mathesis, candor, imo amor noster voluissent Nestorem.  
 Dum jacturam in hoc viro Amplissimo plangimus, calamitas publica  
 praeter omnium spem atque expectationem irruit. Subitis tur-  
 binibus infuscato aere laevis procellorum ventis turris Nicolai-  
 tana nostra editissima decurrit, inde templum ipsum nuta-  
 re convullumque tectis suis ruiturum supra videtur. Contigu-  
 a aedificia, semirutis facelli strage cumulantur, quassantur, decidunt.  
*Κυρια ἐλεησον!* Sed redimus ad nostrum pie defunctum. Di-  
 ci vix potest, & testes sunt, qui Decumbenti adfuerunt, quanta cum pa-  
 tientia morbum à Deo sibi inmissum *υγραπίως* noster pertulerit, nihil-  
 que magis expetiverit, quam beatam ex hac vita emigrationem, quam  
 etiam inter piis & devotas preces, ac pie feminae suae, aliorumque; lacry-  
 mas & complexus, ubi animam ultimo Novembrius *Divi Andreae die* verè  
 salutari Cibò & potu Corporis ac Sangvinis redemptoris nostri JESU  
 CHRISTI pavillet, feliciter est consecutus, & plane in dormientem si-  
 milis desit Anno aetatis suae LVI. & IV. ferme Mensium. Romani Se-  
 natoribus benè de Republ. meritis statuas, obeliscos, lessumve, publi-  
 cum solemnem decernebant, & eorum res gestas parentalibus sacris  
 laudibus debitis prosequabantur. Defuncti nostri prudentissimi Sena-  
 toris Manes non statuam, non pollincturam à Libitinà adornatam, non  
 praeficas jalemistias, externam aliquam Pompam; sed solitam & de-  
 centem funebrem curam seu JUSTA postulant; Cui cum hodierni  
 diei hora prima destinata sit; Agite quaeso, Cives Academici optimi  
 Civi olim nostro, Fautori vestro justa debita exsolvite. Frequentes  
 exequias ite corpus ad dormitoriū deducite, Matri terrae reddite, & vitæ  
 hujus tam Regiæ quam Senatoriæ fabulae Catastraphem claudite, eamque  
 non Scenicæ, sed cœlestis vitæ lætitiā, veluti piam catastrophem medi-  
 tatione Mortalitatē Vobis applicate, piis denique precibus vitam vel mor-  
 tem, omnem N. Reipublicæ salutem Deo commendate.

PR. Sub Sigillo RECTORATUS die X. Dec. A. J. R. MDCCIII.  
 Conventus erit in Aede D. MARIE Sacra.











ritis piè defunctis inter Cælites viventes. Et Tertia  
Præstantissimo ac Optimo WALTER STEINEN,  
felicissimo, & Ædis Nicolaitanæ Præfecto bene con  
per D. G. sunt superstites, ac ut DEUS T. O. M.  
servare velit animitus precamur) Eorum earumq; lib  
& favore prosecutus est, ut illum nunquam vitricum,  
per & benignum Parentem, Avumq; habuerint. N  
Beati virtus ultra potuit, quin primis à nuptiis anni  
ipsi officia, quibus præcipui Cives fulgere solent,  
data, & quidem Anno 1684. Casæ Veteris præfectu  
in numerum sedecim virorum ritè ascitus est. Qu  
ex viris antiqva fidei spectatæ virtutis, probatæq; de  
etiam ad Politia commoda, & incrementa spectant  
ris constat, ita post Nobilissimum & Amplissimum S  
omnia porro fausta & felicia concedat) in curati  
ratione bono publico secundas tenet; nec exigua int  
tatis & exultationis est, In quâ Civili dignitate s  
tam veterum olim gestorum quam obvenientium mu  
mam sibi acquisivit de statu nostræ Reipubl. scientian  
da salute Civitatis nostræ, quam maxime necessariam.  
fectura ædis nostræ Nicolaitanæ, & Anno 91. Præfectur  
ædem Spiritus S. & Amplissimi Senatus & Civium  
functum collata est. Utramq; præfecturam, non fat  
delitate, ac sollicitudine curavit, utrumq; enim temp  
renovari, ipsorumq; latera laquearia & columnas  
candido obduci colore curavit, ut proster, quod pec  
Insuper jam deposita præfectura ædis Nicol. omni  
boravit cura, ut fundamentum novorum Organorum  
in templo N. Nicolaitano agatur, quod opus & per  
fato functus esset. Ut autem cœpto Probi cura  
coronidem imponant toti fovemus! Cum autem *Ugn*  
in omnibus, quæ bonum virum & bonum Civem  
industriam, probitatem, ingenii acumen, fidem & p  
probasset, eoqve nomine unicuiqve charissimus, & co  
esset, cooptatus est Anno 1694. die 24. Febr. in Ampliff  
publicæ Senatorium ordinem, in quo ita se gessit, &  
Fautoribus admonendi, nec Obrectatoribus repre  
relinqueret. Quemadmodum enim Fax in sublimi p  
mel multis caligine in errorem abreptis, aut lapsum  
sic ipse Civibus virtutum exemplo præluxit, ut

æquum esset, nullo negotio cernerent. Nec enim eam in iurē di-  
 cendo severitatem adhibuit, quæ variaretur gratia; sed quæ confer-  
 varet æquitatem, quæque cum tanta humanitate esset conjuncta, ut  
 non majorem metum injiceret improbis, quàm amorem bonis. Dispo-  
 sitionem corporis imbecilliorum cum sapius, tum vero per annum  
 præteritum & currentem expertus est. Invaserunt enim Eum  
 complures concurrentes morboſi affectus. Adversus hosce hostes Ex-  
 perientissimorum Medicorum ope naturam obfirmare satagit; sed  
 vim morbi pharmacis violentiorem esse, conquestus aliquoties est.  
 Die 23. Novembris circa horam vespertinam VI. Passiones Colicæ  
 vehementibus & gravissimis concomitata symptomatis pie nostrum  
 defunctum, tanta vehemētia adortæ sunt, ut speretis omnibus abs-  
 Excellentissimis Exceſſibus; Medicis DN. D. BARNSTORE-  
 FIO, & DN. DR. Profefloribus hujus Almæ celebra-  
 rimis, Factoribusque medicis colendissimis, fideliter & ex-  
 artis præstantissimum viribus corpus supera-  
 rent. Circa horam IV. Vespertinam die-  
 primo corporis ergastulo  
 asferrent. Verum hanc  
 rientiss. jam laudatus  
 atur à me Historia  
 clyta urbis Pru-  
 aius illi potuissent  
 Commodius Quorum  
 mi non simul tiubantes  
 nis Corpus ejus excruciatum  
 e respirationem ad quasuis vel  
 corporis turbantibus, constat inter  
 atorum & externe admotorum farragine  
 se sunt, nisi quod ceu sobolum exclusissent.  
 nem, nullis dubiis mensis arcendam. Familiari-  
 us attamen ipsi ex longinquitate temporum conspexerat; Quan-  
 do Dominica Trinitati, i. e. sexta ante obitum die creberrimi &  
 largissimi quorumvis assumptorum Vomitus, novum malum portendere  
 visi sunt, ut meum voluerit auxilium, idemq; jucunde ex unico remedio,  
 mineralis Regni incola, obtinuerit. Melius quippe inde illum babuisse ex  
 placato ventriculo & deambulationibus facile erat colligere, imo Mens  
 redibat ad jocos, quos perquam concinne sale condire noverat. Nec mi-  
 nus Luna & Martis diebus, Mercuriive, quando repagula intestino-  
 rum escoprotiso referata fuere, commode pro robore Corporis vivebat, in

